



~~SW~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

W-26.

SIGNAT. ~~1515 CCCXIII.~~

Stückzettel erled.  
11. XII. 1944.

24

A. A. C. C.  
DISPUTATIO  
EXERCITATIONUM PHILO-  
SOPHICARUM XXIV.

De  
**MEMBRIS VITA-**  
**LIBUS, ANIMALIBUS, FLUI-**  
**dis partibus, & artibus.**

Quam,  
Annente gratia divina,  
SUB PRÆSIDIO

**M. TOBIÆ TILEMANI**


VVitieb. Colleg. Philos. Adjuncti,  
Liberalis exercitij gratia defendendam suscipiet,  
**MICHAEL BORCKENHAGIUS**  
Freienyvaldensis Pom.

In celeberrimâ VVittebergensi Academiâ,  
ad diem 3. Novemb. hora & loco solitis.

Augustin. lib. 10. de Civ. Dei cap 9.

Omni miraculo quod per bonum, HOMO ipse magus est miraculum  
hoc videlicet bonum miraculum visendi auctoritate virtuerit. &c.

VVITTEBERGÆ,  
Typis Iohannis Gormanni. ANNO M. DC. X.



Amplissimis, Prudentissi-  
mis, nec non eruditione & experi-  
entia præstantibus Viris,

DD. C O N S U L I B U S  
ET SENATORIBUS INCL Y-  
tæ Massoviensium Reipublicæ,

Dnn. Mecœnatibus ac pro-  
motoribus suis debitâ ob-  
servantiâ prosequen-  
dis,

*Agoneψu hanc gratâ mente manu᷑ ut  
debuit sic lubens voluit  
inscribere*

*Michael Borckenbagius.*

## P R A E L O Q V I U M.

Ων θεωπε τλμηρτάτης της Φύσεως ἄγαλμα:

Ic sene ut vetustiss: ita sapientiss: Zoroaster indiu. in Hominis fabricæ contemplatione defixus, altâ tandem exclamavit voce. Neq; inconsideratè temere, aut cum veritatis jactura: Siquidem Hominis structurâ in totâ Universitate rerum nil admirabilius repertu, nil magis mirandum inventu in tantum quidem, ut ne quidem apud Abderitas, quod ajunt, mentes, apudq; gentes etiam Barbaras fidem hoc veritatis excedat: Unde quendam Barbarum, Abdalam, interrogatum quondam, quidnam ipse in hoc amphitheatro mundi vel maximè admiratione dignu putaret? Nullâ cunctatione interpositâ, non barbarè sed scienter responsionis loco adfirmasse ferunt, Hominem eiusq; corpus ob Naturæ majestatem omnem admirationis capsum exceedere. Hanc ob rationem sapienter omnino sapiens vetustas Hominem, qui ex sententiâ quoq; preclarâ Platonis in Timo f. 523, Θαυμα θαυμάτων est, ac τὸ ζωῶν θεῖον; appellavit μηγόρον, cum in se, mirum in modum, ea contineat omnia, que universus bius mundus amplissimo sinu suo coerget ac cobibet utq; fatur bellè sciteq; Poëta, Mantuan. lib. 2. Sylv: Omnia que in mundo fieri majore videmus: — In nobis simili cernimus esse modo — Cor, jecur atq; caput, oculi sunt sydera, sensus, — Est animus nobis cum ratione DEVS. &c. Ut enim sic luet paulo intellectu altiori Titulum hunc percurrere, ab Antesignano Philosopborum, in pr. libr. de Mundo, due totius Universitatis constituuntur partes Elementaris una, in qua perpetuum & generationes existunt & corruptiones, & ibera altera que tamen ob diversitatem tum suis, tum effectionum, ab Eodem ibidem dirimitur in stellarum locum, que instar fontis se habent largiflui, à quo omnis provenit deduciturq; tam calor quam motus; Et in Dei purissimorumq; astrium domicilium: Ita ratione parili Humanum corpus in tres regiones distinguitur, in Imam, in qua ventriculus inest cum generationis membris, ac in qua est perpetua tum generatio tum corruptio; In Medianam, que cor poris habet, quodq; omnis auctor & Scaturigo caloris, ac irrequies voluntationibus movetur; Demum in supremam, que cerebrum continet, quod quo fulciatur non habet, sed in medio cranij libratur, & sedes est tum sapientie tum intelligentie, & quâ parte Homo ad Deum proximè accedit. Hec omnia que lativagâ exponere oratione & novâ esse possemus portio, ni validè institutum nostrum id impedimento esset; ut aliquantilum clarius patescant, Agite, ad ea que in residuo restant adbuc in instituta corporis Humani contemplatione accedamus, & hoc vice ut regio corporis media & suprema, ut partes ejusdem fluidæ, ut artus seu extrema se habeant paucis exquiramus: Et sic illius cognitione completa sit, siq; elaborata.

## T H E S I S I.

**R**egio corporis media vitalia membra continet, quæ in thorace colloquata Cor sunt & Pulmocum suis adjunctis; Quæq; intersticio communi distinguuntur à naturalibus, Diaphragmate nimirum, quod est panniculus rotundus, ex carne, nervis & membranis constans, undiq; lateribus transversim alligatus: Foramina duo habet, quorum unum stomacho viam præbet, alterum venæ cavae ad cor ascendenti.

I I. Et est usus ejus, tūm ne tēris nidoribū, qui ex officina alimenti exspirant, cor principum facultatum sedes conturbaretur, tūm ut liberae respirationi inserviat & inspirando, ubi tenditur, & exspirando, ubi laxatur, tūm ut adjumento esset excretioni fœcum per inferiora. Nec est de nihilo, hoc ipsum diaphragma risui inservire, qui est motus & dilatatio neruorum & musculorum, ortus ex admiratione & letitiā.

I II. Cor facultatis vitalis est domicilium, vita principium, sōns caloris, arteriarum scaturigo, pulsus & respiratiōnis primus autor; Constatq; carne durā ac solidā, tripli fibrarum genere intertexta. Secatur in duos thalamos, in dextrum, qui sanguinem influentem excipit, magisq; perficit: Et sinistrum, qui priore præstantior, spiritum vitalem è purissimo sanguine genitum, continet.

I V. Ad horum latera eminent appendices membranose, quæ vulgo Auriculae dicuntur, & quarum dextra vena cava ostio præjacet, sinistra in arteria venosa orificio est sita: Vsusq; earundem est, tūm ut sint veluti promptaria sanguinis & aëris, tūm ne vena cava & arteria venosa in violentiis motibus disrumpantur.

V. Pulmo pars est corporis rara, levis, spongiosa, & velat ex sponoso sanguine concreta, thoraci cavitatem totam implens, à qua figuram etiam suam accipit, ac respirationi & formationi vocis inserviens: Dividitur in duas partes, quæ utraque duobus constat locis, ne scilicet collaberetur atque satisceret ejusdem caro, tūm ut levior esset pulmo, & ut cor undique amplexaretur.

VI. Duo insignia habet vasa, Arteriam venosam, quæ ex sinistro cordis ventriculo egreditur, ac in illum aërem infert: Et venam arteriale, quæ ex cordis thalamo dextero propellat, sanguinemq; quo pulmo nutritur, defert: Ejus demum motus est accidentarius, & partim naturalis, partim animalis, nihilq; vel potus vel cibis suscipit, continetq;.

VII. Ad extremum Adjuncta vitalium membrorum sunt Aspera arteria & Mammæ: Illa fistula est longa descendens ex faucibus ad pulmonem, partim membranæ, parim cartilaginosa, inserviens tum formationi vocis, tum attractioni aëris: Vnde ubi ad jugulum pervenit, bivio distracta in pulmonem numerosas ramorum serie spargitur, inter venam arteriosam & arteriam venosam, ut ab illa sanguinem trahat, in hanc autem aërem transmittat, ab eaq; fumidos vapores excipiat.

8. Duas

menti ex-  
era respi-  
laxatur,  
ihi lo, hoc  
orum &  
ns calo-  
onstatq;  
in duos  
perficit:  
sanguine  
ulgò Au-  
in arte-  
omptua-  
is moit-  
spumoso  
figuram  
ividitur  
tur al-  
iquaque  
ro cordis  
rialem,  
nuria-  
lis, par-  
bera ar-  
pulmo-  
forma-  
bivio di-  
nam ar-  
ic autem.  
8. Ducas

**IX.** Duas annexas habet partes, Gurgulionem seu uvam, quae est substantia carnosa & fungosa, dependens in faucium summitate, ac ad vocis modulationem conducens: Et deinde duas glandulas seu Amygdalas, quae cerebri humiditatem suscipiunt, ac eà fauces humectant.

**X.** Tandem Mammilla sunt caro spongiosa & porosa, venis & arterijs intertexta, in viris ad tegumentum cordis, in foeminis lactis etiam generationi inservientes: Nam ob raritatem suam & cavernosam substantiam sanguinem Menstruum, qui lactis materia (unde lac nil aliud est, quam superflius sanguis, mutatus, & dealbatus) in se recipiunt, qui post ab ingenitâ illarum vi, concurrente q; cordis calore ulterius coquitur, & in album liquorem convertitur, ad generationem animalium utilis. Hæc de membris vitalibus.

**X.** Porrò facultati animali inserviens organum, nobiliss: omnino & praestantis: & cui cetera omnia inserviunt, est cerebrum, pars molles, alba, frigida, ex purissimâ constans seminis portione, non ad refrigerationem cordis, ut Aristoteli habet placitum, verum ad internorum sensum & principum facultatum functiones edendas, & ad spiritus animalis generationem.

**XI.** Divinum hoc membrum Naturæ, parens rerum omnium, undique que ossibus calvaria, quæ numero octo sunt, ut os frontis, occipitis, ossa sincipitis duo, temporum duo, & os sphenoïdes & ethmoides, inter cranium & maxillam interposita; obvallavis, inq; editiss: locum esse voluit, propter oculos, & ad reliquorum sensuum præsentiss: commoditatem.

**XII.** Munivit etiam illud ipsum Menyngē & tenui, quæ est membrana tenuissima & molles, cerebrum & cerebellum proximè & immediatè ingens & continens, atque penetratione suâ efficiens varias plicaturas cerebri, sustentansq; vasa ingredientia, & nutrimentum cerebro deportantia: Et Durâ, quæ cranio immediatè adhaerescit, & extrinsecus tenuem ambit menyngem, ne cerebrum cranio allidatur.

**XIII.** Moveretur item cerebrum modo non animali aut violento, sed naturali, eoque tum proprio & peculiari, ad animalis spiritus generationem, temperationem & expurationem, tum alieno, arteriarum scilicet: Ipsi sumq; sensu pollet nullo, quia de omni sensu judicare debet, organum autem omne decet esse animal.

XIV. Dividuum in duas est potiss: partes, quarum anterior ob magnitudinem nomen totius retinet, posterior cerebellum dicitur, quod natura in subsidium anterioris fabricavit, ut scil. transmissum à cerebri sinibus animali spiritum conservaret, & spinali medullæ adaptaret: Illa cerebri pars, cavae amplas tres, in efformationem spiritus animalis, hæc unum cum spinali medulla habet sinus communem.

XV. Demum à cerebro exoriantur cum Nervi, qui per totum corpus deferunt spiritum Animalem, ad motum & sensum, & quidem per sex distincta paria, quarum primum, molliß: & ampliss: per calvaria foramen in oculi centrum inseritur, alterum quoq; oculis inseritur ad eorundem motum, tertium in lingue tunicas fibrigatur, inq; faciei reliquas partes.

XVI. Quartum portione quadam in linguam, quadam in tunicam linguæ subtensam decurrit, & gustui inservit ut tertium; Quintum per meatum auditorium in auris tympanum fertur, ibi q; ramulos consergit plures, è quibus unus ad laryngis & ossis hyoidis musculos excurrit, unde mira est aurium & linguæ sympathia; Sextum demum nervorum par pervagatur & excurrit per omnia ferè viscera.

XVII. Tum spinalis medulla, qua ejusdem est cum cerebro substantia, ex cuius etiam parte anteriore oritur, medulloso q; est ad extremū thoracem, seu ad os sacrum usq;, ac ab hac triginta nervorum paria originem sibi sumunt, cervicalis scilicet 7, thoracis 12, lumborum 5, & ossis sacri sex paria, qua partibus internis sensum & virtutem motricem deferunt.

XIX. In hac autem suprema corporis regione & alia comprehenduntur membra, ut sunt, 1. Oculi qui sunt partes penes cerebrum, geminae, rotundæ, instrumenta visus: Constant q; parim ex tribus humoribus, Crystallino, qui nobiliss: omnium est pellucidiss: penè in centro oculi situs; vitreo, qui crassior est & minus pellucidus, faciens ne imagines penetrant sed refringantur; & aquo, qui colligendis inservit imaginibus.

XIX. Partim quinque ex tunici, quarum, 1. dicitur alba seu annata aut conjunctiva, quia reliquis annascitur tunice, & oculum veluti ligamentum in loco suo continet; 2. Cornea, qua undiq; oculo obducitur; 3. Vaea, in qua continetur pupilla; 4. Nervea, qua extrema est pars nervi visorij dilatati; 5. Aranea, qua complectitur humorem vitreum & crystallinum.

XX. 2. Aures, sunt q; partes propter tempora geminae, extra auriculis rotundis cartilagineis cum appendice carneâ ornatae, intuq; anfractibus excavatae, ubi tribus quibusdam osculis tenuissimis, quorum sunt nomina malleus,

malleus, stapes, incus, & nervo auditorio dilatato in geminas tunicas audi-  
tus perficitur.

XXI. 3. Nasus, qui est pars inter genas & oculos, figurâ ferè conicâ, ossea partim, partim cartilaginea, infra gemina habens foramina, supra unum cum duobus ossibus spongiosis, investitus ex dilatato aliquo nervulo cere-  
bri, inserviens respirationi cerebri, ac inserens odorem in cerebrum, prabens  
que viam sternutacioni, quæ est violenta expressio spiritus alieni & superva-  
cui, aliorumq; humorum tenuium.

XXII. 4. Os, & totum illud est spatum, quod diductis labris ad imas usque fauces interjacet, in quo maxime conspicui sunt tum Dentes, qui ossa omnium sunt durissima, intus cava, venulis arterijs & nervis praedita, molliendis & preparandis ventriculocibis destinata: Tum Lingua, quæ est pars carnea, rara & laxa, gustatus & sermocinationis organum. Et tantum, pro instituti ratione de membris etiam in supremâ regione contentis corporis, sicq; hactenus partes solidæ tractatione minutâ pertractatae.

XXIII. Ceterum fluidæ partes, seu non coherentes, & quæ aliarum adminiculo sustentantur, sunt tum Spiritus, tum Humor: Ille substantia est tenuissima, subtiliss: & aërea, primum animæ instrumentum ad actiones ob-  
eundas. Estq; vel Insitus, innatus scil. singulus membris solidis, caloriusq; na-  
tivi proxima sedes, ac unionis animæ cum corpore quoddā quasi vinculum.

XXIV. Vel influens in subsidium scil. prioris, & pro triplici actione ani-  
mæ triplex est, vel Naturalis, qui est vapor tenuis ex puriore sanguinis par-  
te in Epate procreatus, indeq; per venas in habitum corporis diffusus, tum ut  
defeat ab Epate facultatem Naturalem, cuius ope omnes omnino corporis  
partes familiare nutrimentum attrahant, retinent, concoquunt, tum ut hoc  
quasi duce sanguis crassior ad partes distantes feratur.

XXV. Vel Vitalis, qui est halitus tenuiss: genitus in sinistro cordis thala-  
mo ex inspirato aere & naturali spiritu, & per arterias diffunditur in omnia  
corporis totius membra, ut omnia calefiant, & apta reddantur ad actiones  
suas edendas, in quibus consistit ipse motus, agitatio & vita. Vel demum Ani-  
malis, qui est halitus puriss: & subtiliss: ex vitali spiritu in cerebro insitâ e-  
jus vi productus, & per nervos diffusus actiones animales, ut sensum & mo-  
tum corpori defert.

XXVI. Humor est pars corporis liquida & fluida, in spatijs corporis a-  
nimati contenta, & ad ejusdem conservationem faciens: Estq; aliis radicalis  
seu insitus, qui ab ipsâ conformatio[n]e inseritur substantiae singulorum mem-  
brorum,

r ob ma-  
d natura  
ibus ani-  
bri pars,  
num cum  
rpus de-  
x distin-  
i in oculi  
m, ter-  
tunicam  
per mea-  
it plures,  
mira est  
gatur &  
bstantia,  
horacem,  
n sibi su-  
ia, qua  
ehendun-  
ia, rotun-  
ystallino,  
, qui eras-  
ngantur;  
  
eu annata  
ligamen-  
. Vrea, in  
isorijs dila-  
cum.  
ra auricu-  
nfractibus  
nt nomina  
malleus,

brorum, ai cuius officium est vehere & continere ac convenienter alere natum & radicalem calorem.

XXVII. Alius acquisitus, qui foras accedit & fit ex nutrimento quotidie assumpto: Cum enim calor radicalis nunquam non agat in humidum radicale, idcirco semper opus est novâ instaurazione. Is autem est vel primarius vel secundarius: Ille immediate ex alimento in Epate provenit, & vel est unius, ut est iùm Sanguis, qui ex portione chyli temperantior, pinguore & aerea; Tum Pituita, qua ex frigidore in Epate gignitur, progressu tamen temporis sanguis fieri potest.

XXIX. Vel Excrementius, & is vel in secundâ concoctione gignitur, ut est & Cholera, quæ ex tenuioribus & calidioribus; Et Melancholia, quæ ex fæculentioribus Chyli partibus enascitur; Et Serum, quod ex quovis fieri potest liquore, præbetq; materiam maximè urina, quæ est serum in jecore & vasis alteratum, à renibus attractum, & in vesicam depulsum, perq; meatum urinarium excretum, ut purior reddatur sanguis.

XXX. Vel in tertia concoctione, ut Sudor, qui est serum per insensiles partes in aqua speciem expulsum, Et Lacryma, quæ est serum in venis capitis, & angulorum compressione vel dilatatione erumpens. Tandem secundarij humores, quibus insitum humidum instauratur, duo sunt, Ros, qui ex sanguine in vaporem resoluto per venarum tunicas instar roris resudat; Et Gluten, qui partibus alendis jam est adglutinatus. Et hec etiam de partibus fluidis.

XXX. Ultimò omnium Artus, qui instar ramorum trunco corporis adnascuntur, est Manus & Pes: Illa apprehensionis est organon, habetq; & brachium, & cubitum, & extremitatem manum, que constat ex brachiali, postbrachiali & digitis quinq; Hic, ambulandi & standi organum, constat ex femore, osse omnium maximo, tibia, genu, & ex pede parvo. Tantum w̄s ēv tūp; de Corpore Humano.

#### ADJECTANEA.

1. Cordis motus omnino est naturalis. 2. Idem quoq; est arteriarū & motus cordis. 3. Aquam pericardij in viventibus eum reperi animalibus vero non est absoluū. 4. Lac & in virginibus interierat is generari potest. 5. Nervi minimè venis & arterijs sunt continui. 6. Spiritus essentiā suā verè sunt Elementares. 7. Solosanguine, eoq; puro, nutritur animalis partes. 8. Non abs re Melancholici à Philosopho ingeniosi esse dicuntur, Sect. 30, probl. I. 9. Physiognomiae & Chiromantice aliquid fidei tribuendum. 10. Sage pro animi luctu inferre honestibus morbos, nulla possunt ratione.

F I N I S.

Ung. VI 26

= [Dissertationes  
Theol. Vv. 70]

ULB Halle  
002 673 452

3



5b.

VD 17



